

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Timor q cum uariis

Principium nostre salutis sapiencieque secundum scripturas timor Domini est. De timore Domini nascitur compunctio salutaris; de compunctione cordis procedit abrenunciatio, id est nuditas et contemptus omnium facultatum; de nuditate humilitas procreatur; de humilitate mortificatio uoluptatum generatur; de uoluptatum mortificatione extirpantur atque marcescunt uniuersa uicia; de uiciorum expulsionem uirtutes fructificant atque succrescunt; de uirtutum pululacione puritas cordis acquiritur; per cordis puritatem apostolice caritatis perfectio possidetur.

Vetus est beati Antonii sententia. Iohannes Cassianus de institutis monachorum libro IIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

id est] adest P V¹; procreatur] procreat V¹; mortificatio uoluptatum] mortificatio uoluntatum V² L¹ L²; de uoluptatum] de uoluntatum V² L¹ L²; uicia de] de *om.* V² L¹ L²; atque] marcescunt uniuersa uicia de uiciorum expulsionem uirtutes fructificant atque *add.* C; succrescunt de] de *om.* V² L¹ L²; puritatem] caritatem (*cor. in marg.*) M; uetus] uentus M, uerus V², uera L¹ L²; institutis] institutione P V¹